

78 M 335
(138)

PRÆMATURUM OBITUM
VIRI-JUENIS
PRÆNOBILISSIMI, PRÆCLARISSIMI
ATQVE DOCTISSIMI DOMINI,
DOMINI
JOANNIS HEINRICI
CARSTENII,

Jur. Utr. Studiosi inprimis solertissimi
maximeque egregii,

Patria Wernigerodensis,
Rostochii, MDCCCXXX. d. XXVII. Decembr.

PLACIDE DEFUNCTI,

Cum Corpus ejus exanime MDCCCXXXI. die XXX. Januar.
publicos inter plangtus solenni Christiano ritu
terræ mandaretur,

Maximo animi dolore prosequabantur,
contra lævitiam mortis

experturi,
nisi sententia in rem judicatam transiisset,
BEATE DEFUNCTI

olim
in jucundo Musarum commilitio unum eundemque auscultantes
Jurium doctorem

COMMILITONES

interprete
A. C. DORNE,
J. U. Stud.

ROSTOCHII,
TYPIS IO. IAC. ADLERI, SERENISS. PRINC. & ACAD. TYPOGR.



Kanzel 78 M 335 [138]

AK





† † †



Langite nunc Musæ, contundite pe-
ctora questu,
Nil nisi moeror adest, gemitus per te-
cta Minervæ
Luctilonus resonat, tristis ferit aëra cantus,
Flebitus, infelix vulgatur fama per urbem,
Non dudum socios focii posuere feretro
Tres, quos sævities mortis prostraverat atræ,
Nondum dira tamen rabies posuisse furori
Mensuram noscitur, nimium reserata sepulchra;
Apparent iterum lugubri veste Camœnæ
Occidit exemplum juvenis venerabile morum,
Eheus! CARSTENIUS noster, vox faucibus hæ-
ret,
Lingua fit elinguis lachrymæ jam verba sequun-
tur;
CARSTENIUS

CARSTENIUS noster fidus comes aut quoque
ductor

Eripitur nobis, moritur, perit, interit; istud
Omnino flendum lachrymarum flumine fatum.
Quis leges audet mœroris dicere matri?
Funera pro lætis nunc sunt ducenda triumphis.
Ast agedum! quid te duros stimulavit in ausus
Efferâ mens atræ mortis? quid fata movere
Te juvat & tristes casus urgere caducis?
Arbitrio nostrum dispensas tempus ubique;
In sacræ Themidos cultorem nonne vereris
Tendere, vel saltem decus istud falce metiri
Funesta? Sævæ proh quanta licentia mortis!
Indeque Judicio partem pulsemus acerbam,
Præsumtum fociis est, ac, ut constat, amicis
Mandatum; quare valet haud opponere quic-
quam:

Confestim noster reus hicce citetur, at a quo?
Qualis aut officium nunc implorare decebit.
Judicis? est alias ubi quis delinquit ibidem
Delicti vindex, sed declinare videtur
Hocce forum, quare simul ac nunc ire juvabit
Judicis ad summi cancellos, pectore tristes
Ut nobis liceat questus profundere mæsto,
Quamquam quid multis animus fert dicere causam,
Frustra. Quod semel admissum non reddere
quisquam

Sic valet ut nunquam mutatum dicere possim.
Invires abiit dudum sententia nobis
Pergravis, ac ab ea non appellare licebit.
Hactenus una tamen superest laudanda medela;
Quæ decus antiquum revocat, sarcitque priora.
Incautum vero rursus; vi rapta latrones
Nonnunquam reddunt: sed cum Libitina cupressus
Figat, non superest patriam spes ulla videndi.

Eccce

ND 18
Ecce sed antiquum comitem, superasque per auras
Lapsus adest, tristesque jubet compefcere flam-
mas:

Turba suavis quondam nimium modo compri-
me luctum

Fata tamen cunctos expectant; aspice, pomum
Nunc Eridos, olim quod tantos suscitavit ignes,
Sublatum, cepit tandem discordia finem.

Dulce natale solum, mea sic sententia lata
Ut sit nequicquam plane devolvere causam,

Contigit hæcce mihi fors felicissima fati,
CARSTENIUS *sedem summa sibi legat in arce*
Sic ait; hinc merito memori sit pectore nobis,
Ex nostra nec eum tollant oblivia mente,

Qui nobis socius qui Dux fuit optimus olim,
Atque pio demum tumulto superaddite carmen:
Hic est CARSTENIUS seculi dignissimus hospes
Fausus & infelix, supra felicitior autem.



78 M 335

(138)

PRÆMATURUM OBITUM
 VIRI-JUVENIS
 PRÆNOBILISSIMI, PRÆCLARISSIMI
 ATQVE DOCTISSIMI DOMINI,
 DOMINI
 JOANNIS HEINRICI
 CARSTENII,



tr. Studiosi inprimis solertissimi
 maximeque egregii,
 Patria Wernigerodensis,
 MDCCLXXX. d. XXVII. Decembr.
 PLACIDE DEFUNCTI,
 is exanime MDCCLXXXI. die XXX. Januar.
 inter planctus solenni Christiano ritu
 terræ mandaretur,
 io animi dolore prosequabantur,
 contra sævitiam mortis
 experturi,
 ntia in rem judicatam transiisset,
 BEATE DEFUNCTI
 olim
 rum commilitio unum eundemque auscultantes
 Jurium doctorem
 MMILITONES
 interprete
 A. C. DORNE,
 J. U. Stud.

ROSTOCHII,
 DLERI, SERENISS. PRINC. & ACAD. TYPOGR!

Kapsel 78 M 335 [138]

AK

